

opus Philosophicum utar? Duram, ædepol, maximi
Hermetis vicem! qui quum vernaculâ linguâ sapientis-
 simè de arcanorum Naturæ summo dixerit coram or-
 be, interpretis nunc frigore sermoni adsuescere cogi-
 tur, cujus in eodem negotio discipulorum ejus infimum
 quemque & piguisset, & tæduisset olim. Sed undenam,
 ais, verba isthæc interpreti arrepta, si *Hermes* ea ipsi in
Phœnicio Tabulæ exemplari non præivit? Dicam inge-
 nuè quæ sentio: audite qui ingenui. Et *Hermes* cul-
 pa vacant, & *interpret* ejusdem. Scripserat ille: מאור
 עולה דק מעבה במתק: בנרל השכל תפריד האדמה
 &c. &c. Hic eo quo diximus modo
 vertit; reputans 1. vocem מאור cum verbo תפריד con-
 strui oportere, 2. esse nomen substantivum, 3. מ in
 מעבה nomine præfigi, 4. præfixum ב in במתק adverbi-
 um, Ebræorum idiotifino circumscribere, 5. verba
 השכל ad sequens incisum non pertinere, 6. de-
 nique participiis יורד עולה atque אוסף præsens ex con-
 suetudine Linguæ S. significari. Sanè sexcenti è con-
 sultis Ebrææ Phœniciaq; dialectorum aliter vix red-
 diderint, rebus sic comparatis. Quo nomine inter-
 pretem criminis absolvi æquum est. Ac procul omni
 dubio *Hermes*, rationem eliciendi *Philosophorum Mer-*
curii traditurus, verba hæc diversos sensus admittentia
 consultò adhibuit; quò non cuivis statim in proclivi
 foret, pedem in arcana ejusmodi intrudere. Quicquid
 tamen ejus rei sit, nos, quæ nostra est tenuitas, primi,
 nisi prorsum fallimur, verum sermonis Hermetici sen-
 sum extricaturi sumus. Verbum igitur פרר propriè e-
 jusmodi separandi modum notat, qui fit discriminando si-
 ve disjungendo &c. atq; ita nudo accusativo jungitur;
 quod notissimum, Deinde פאור scite voci האדמה an-
 necti-